Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36883
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift

ductu se contulit, ad maiorem insulam. In cuius litore ipsum hercules predictus et eius socii desiderabiliter expectabat.
Igitur postquam descendit in terram ipsum cum multa alacritate susceperunt, et de eius incolumitate, diis grates humiles
reddunt, cum eum sospitem numquam habere putassent. Jason autem cum eisdem ad regis oetes aulam regiam se contulit, et
ut pervenit ad ipsum rex Oetes cum ficticia jocunditate recepit, nam invidit eum de tanta victoria, et de se tam impo-
tantis divitiis spoliato. Quem ut iuxta se sedere iussit Oetes, et vulgus, monstrum aurei velleris inspectione
miratur in ipsius aspectu velleris vulgus, set potius de tanta victoria Jasonis, ut potuisset statuta de-
vitare dei martis. Medea vero gratis exillarata successibus, iusura Jasonem demum accessit. Cui si licuisset in aspec-
tu multorum, multa per oscula blandimenta dedisset. Et rege iubente, iuxta Jasonem consedit quasi pudibunda, Que
Medea tenui sono furtiviis vocibus alloquitur vertens, Ut ad eam veniente noctis umbraculo secretius accedat,
Quod Jason se desiderabiliter impleturum, humili et submissa voce respondit. Noctes igitur tenebris toto orbe
diffusis. Jason medee pervenit ad cameram, thalamum ea mediante intravit. Quibus in thalamo volutantem contactu
tis, post multe voluptatis solatia, tandem de eorum recessu et preparatione ad redditum, inita inter se unanimiter contule-
runt. Sicque ad medee suasum Jason in insula Colcos, per unius mensis spatium moram traxit. Demum vero temporis oppor-
tunitate captata. Jason et socii cum medea, ab eadem insula furtive recedunt a rege Oete licencia non petita.
Set o medea ventorum secundorum auram, dicitur portasse, ut tua desereres patriam, et patria sceptra diffugiens
mare transires intrepida. Amare luis tua discrimina non advertens. Sane diceris in thesaliam pervenisse. Ubi
per thesalum Jasonem cuius inverecunda thesalicas occulta nece, post multa detestanda discrimina, vitam le-
geris finiuisse. Set quamvis ultione deorum Jason martirio multo fuisset expositus, an quod et ipse decederet, et eius
decessus, tamquam dampnatus a diis dampnabili morte conclusus dic. quid tibi profuit, Jasonem enormia incurisse
discrimina? Dic tibi quid profuit In Jasonem gravis ultio, et vindicta deorum postea subsequuta. Sane vul-
gariter dici solet. Quali modo inutiliter proficiat medicinalium herbarum, naribus adhibere medelas, nisi forte
diis placeat, non in passi recompensatcem ex mire, sed ut a mortalibus cognoscat, nolle graves culpas etiam in
facie iuventium, absque pene talione transire. Quid ultra? Applicuit Jason cum hercule et aliis comitibus cum
Medea in portum thesalie, sanus et illaris. Quos omnes Rex pelleus, de Jasonis incolumitate turbatus,
intrinsecus, sui tamen cordis secans angustias: Illari vultu suscepit, et promisso Jasonem regno suo iuxta
promissa deducendo per eum, licet invitus prodigaliter non negavit. Jason autem suscepti vituperii, a laomedonta
rege memoriter non ~~obitus~~ oblitus, habita de aureo vellere tam gloriosa victoria, pars curas, postponens
etiam tamquam ignarus, quod primore agere debuit in medea, nec regni thesalie promissione contentus, in vindic-
tam et ultionem laomedontis regis, animum curiosum ereXit, Quare de ea re multo cum hercule con-
tacto consilio. hercules quasi totius negotii pondus assumpsit. Inde est quod idem Jason et hercules
regi pelleo et aliis regibus grecis, a troiano rege, eis iniuriam immense illatam exponunt. Nec tamen
eis, verum etiam, primatum regni grecie fuisse contemptum. Et ideo in ultionem iniurie predicte, audeant se offere, petierunt
ab eis, ut in tanti consummatione negotii, quodcumque possunt auxilium et iuvamen impendant. Non igitur defuit
potentibus a grecorum regibus iuvatiua promissio, qui vindictam appetere de commissis, a predicto rege Troiano una-
nimiter omnes probant. Qualiter hercules ivit ad inveniendum auxilium pro eundo versus troiam contra laumedontam.

Hercules autem qui ipsius negotii ut dictum est onus assumpsit, cupiens eius negotii, fidelis esse mini-
ster, et solicitus exequtor, versus Spartem, impiger itter accellerat non quiescens. Erat enim Sparte
quedam provincia de partibus romanie, regnum effecta, et duo reges fratres regnabant in illa. quorum unus Castor
et alter pollux, denominationibus propriis vocabant. hos fratres dogmatizaverunt poete, filios Jovis fuisse sus-
ceptos sibi ex leda speciosissima mulierum. A qua etiam Elenam finxerunt fuisse conceptam, sororem regum ipsorum
In cuius elene conceptione testati sunt fabulose poete, Jovem in cigni similitudine cum predicta leda. Unde quidam. Jupiter
ingeniat ovo quod tindaris exit abovo. vocans tindaridem ipsam Elenam, a quodam loco dicto tindare. hunc locum
dicunt quidam esse in sicilia, ex parte septentrionalis plage, a facie colicum insularum, non longe multum a civitate
mesine, inquem dum poete dixerunt, Theseum predictam Elenam deportasse, a patria sua raptam. Dum adhuc flore-
viresceret puellari. Unde Ovidius in epistolis. Oenone sic impperavit paridi illam de patria Theseus nisi
nomine fallor. Nescio quis theseus abstulit arte sua. et ibidem infra paululum, Tindaris infestis fu-
gitiva reposcat armis. hac venit in thalamos dote superba tuos. et subsequenter adiecit, a iuvene